quest' opera fino al maggio 1851 non è comparso che
lo fasciculus III

Di questi Studi di sintassi è uscito solamente il 3° fascicolo.

G.

STUDIA

ASIATICA.

AUCTORE

E. F. F. BEER.

Fasciculus III.

LIPSIAE, 1840.

Sumtibus Joannis Ambrosii Barth.

INSCRIPTIONES VETERES

LITTERIS ET LINGUA HUCUSQUE INCOGNITIS

AD MONTEM SINAI

MAGNO NUMERO SERVATAE

QUAS

POCOCKE, NIEBUHR, MONTAGUE, COUTELLE, SEETZEN, BURCKHARDT, DE LABORDE, GREY ALIIQUE

DESCRIPSERUNT.

EXPLICAVIT

E. F. F. BEER.

Fasc. I: Inscriptionum centuria litteris hebraicis transcripta.
Accedunt tabb. lithograph. XVI.

LIPSIAE, 1840.

SUMTIBUS JOANNIS AMBROSII BARTH.

INSCRIPTIONUM

CENTURIA

LITTERIS HEBRAICIS TRANSCRIPTA.

INSCRIPTIONES

SINGULORUM.

Tab. III.

1.

Wâdi Mocatteb. —— *Grey 97.*

שלם אושו בר
כלבו זיר

2.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 45:* „Loose stone. Perfect."

שלם זידו
בר עמיו זיר

3.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey 47.*

שלם עודו בר קימו

Figura litterae מ in קימו non omnino regularis est.

4.

Extitit in via quae ducit ad ruinas
Sarbût El-khâdim. — *Grey 177:* „Perfect.“
Nunc est penes Greyium, destructis tamen tribus litteris ultimis.

שלם ואלו בר
עמיו זיר

5.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey 115.*

שלם אושו

6.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 27ᶜ:* „Apparently perfect.“

שלם כלבו בר
עבד־אל־בעלי זי[ר]

Sinistram huius inscriptionis partem extremam non bene servatam esse existimo; nam vocis בר figura adeo corrupta est ut potius די legenda esse videatur, et in versu altero extremo unam litteram (ר) deletam esse non dubito.

7.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 48ᵃ:* „Perfect.“

שלם עבד־אל־בעלי בר הרישו

Daleth in עבד mancum est, deest superne lineola versus sinistram exiens.

8.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 16ᵃᵇ.*

שלם אושו
[ד]כיר ואלו
בר עודו בר
כלבו

Tertia littera nominis ואלו formam habet paulo peregrinam, posui ל, quum ואלו frequenter occurrat. — A dextra parte nihil deest nisi una littera quam restitui.

9.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 71ᵇ:* „Rock. Entire.“

שלם עמרו בר
דאבו זאר

10.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 110:* „Perfect.“

שלם זידו
בר עמיו זיר

Nisi רמיו, qued vix occurrit, loco עמיו placet, ab inscr. 2 haec nihil differt.

11.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey 44:*

„Loose stone. Perfect and plain. Beside it a Quadruped.“

שלם ואלו בר קרחה

Nomen קרחה (קוחה? קרחו?) non nisi in hac inscriptione obvium est.

12.

In via quae ducit ad ruinas

Sarbût el Khâdim. — *Grey 171:* „Perfect.“

שלם בריאו בר אושו
בר אוש־אלהי זאר

13.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 27ᵇ:* „Apparently perfect.“

שלם אל־אושו

Malui אל־אושו legere quam אב־אושו, scriptura huius nominis ubivis est ambigua.

14.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 102:* „Perfect.“ Cf. inscr. sq.

שלם אושו בר
שמרח זיר

15.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey 10:*

„Loose stone high up. Perfect.“ In eodem lapide est inscr. 24[a].

שלם אולו בר שמרת זאר

Sed suspicor, nomen אולו ejusque diminutivum אוילו mendo scripturae vel apographorum originem debere atque ubivis אושו et אוישו legendum esse.

16.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 112:* „Perfect.“

שלם אושו בר גרם־אל־בעלי

17.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 46:* „Loose stone. Perfect.“

שלם חרשו בר ואלו זאר

Observa parvam istam vocis בר figuram rariorem, quae a littera ע non differt.

Tab. IV.

18[abc].

Wâdi Mocatteb. — *Montague, Rüppell, Grey.*

[a] ***Montague*** (Philos. Transact. l. c. vs. 18. 19.)

[b] ***Rüppell*** (Fundgr. des Or. V. p. 432.)

[c] ***Grey 75:*** „Rock. Entire: on the right hand a Man with a long staff leading a Camel, dotted out with the same instrument as the inscription, but rather spiritedly done; on the left was a Camel alone, and the letter [illegible] stuck on its hump.“

שלם עמרו
בר חרישו זיר

Tria haec apographa eandem inscriptionem exhibere in oculos incurrit. Immo Montague et Grey eundem lapidem ante oculos habuisse certum est. Nescio an etiam Rüppell; nam iste Amru fil. Choraischo figuram et nomen suum, ut alii horum hominum, plus semel eadem ratione saxis insculpserit, atque in apographo Rüppellii deest camelus ad dextram inscriptionis. Figuram litterarum יש in חרישו egregie Montague imitatus est; Grey ח einsdem nominis reliquis rectius agnovit.

19.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey 67:*
„Loose stone. Perfect. Beside it a Goat.“ Cf. 20.

שלם ואלו בר
זידו בר חרישו

20.

Wâdi Mocatteb? — — *Seetzen 27 f.*
In saxo dimidia fere hora versus meridiem distante a Gebel Mocatteb.

שלם ואלי בר
זידו בר חריש(ו)

Eadem inscriptio ac antecedens. Idem auctor. Eadem manus. (Num forte idem lapis?)

21.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 18:* „Apparently perfect.“

שלם עבד־אל־בעלי בר או…

In fine est mutila: אושו? אוישו?

22.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 94:* „Loose stone. Entire.“

שלם זידו בר
ואלו אמי—ו

Ante litteram ultimam haud dubie fuit mendum in lapide, cf. inscr. sequentem.

23.

Incerta. — — ***Coutelle 61.***

ואלו אמירו שלם זידו בר

Quod legendum est:

שלם זידו בר
ואלו אמירו

Coutelle enim scripturam a sinistra ad dextram legit ac versus breves duos vel tres continua serie descripsit. Haec inscriptio eiusdem auctoris ac antecedens esse videtur; atque adeo lacuna illius apte expletur, quum nemo non appositionem hanc *Amir, Emir* interpretaturus sit. Confer appositionem huic similem in inscr. 26.

Tab. V.

24[a b].

[a] **Wâdi Mocatteb. — *Grey 9:*** „Luose stoue high up. Perfect."
[b] **Ibid. — *Grey 74:*** „Rock high up. Entire."

דכיר אתמו
בר עבד־אלהי
בר בריאו זאר

Littera א in עבד־אלהי et בריאו formam habet in reliquis inscriptionibus vix obviam; quanquam in אתמו regularis est. — Litterae דכ vocis דכיר in neutro apographo figuram rectam ostendunt.

25.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 38:* „Rock. Perfect."

דכיר אוש־אלהי בר הרי
או זיר

Non recte se habet. Litterae כי in דכיר confluxerunt ut Mem esse videantur. Quod proximum est א vitiose angulum rectum pro lineola curva monstrat. Einsdem vocis ל vitiose fractum. Et י in הריאו mancum. Utrumque nomen habes in inscr. seq.

26.

In via quae ducit ad
Sarbût-el-Khâdim. — *Grey 170:* „Perfect."
Sex horas distat a Wâdi Mocatteb.

שלם אל־···ו בר ואלו
דכיר הריאו בר אוש־אלהי זיר
פרשו

Ter in hac inscriptione littera Vav figuram habet, quae medium tenet inter Vav et Koph. Observa litteram Beth, quae bis occurrit, superne versus sinistram vergentem. — At vitiosum est prius א nominis אוש־אלהי, lineola superne superflua; nec minus ז vocis זיר. — Vocem versus tertii quae *equitem* significat, auctor versus secundi, ut finita jam inscriptione nomini suo adderet, huic subscripsisse mihi videtur.

27.

Incerta. — ***Coutelle 64.*** Vide inscr. seq.

28.

Nasby. — ***Prudhoe*** *tab. V.*

שלם . . . . .
שלם עמיו בר
אל־מבקרו זיר

Coutelli, ut solet, in medio versu priore incipit; alterius apographum caput litterae Koph vitiose sinistrorsum vertit.

29.

Wâdi Mocatteb. — — ***Grey 132.***

דכיר הא...
בר אוש־אלה זיר

In hac inscriptione habes אוש־אלה, quod alias אוש־אלהי scribitur.

30.

Wâdi Mocatteb. — ***Grey 66:*** „Rock high up. Perfect."

דכיר בר[יאי]
בר אוש־אלה[י] זיר

Minime est integra. In fine versus prioris tres litterae restituendae sunt; in posterioris lacuna Jod ponendum duxi.

31.

Gebel Mocatteb. — ***Prudhoe*** *tab. I.* V. sqq.

32.

Wâdi Mocatteb. — — ***Grey 59:***
„A Quadruped opposite the last line but one." V. sq.

33.

Wâdi Mocatteb. — *Montague* lin. 10. 11.

שלם כלבו בר זידו זאר
שלם עודו בר
ואלו *
בר עודו (?)

Greyium et singulas litteras et locum versuum verborumque in lapide reliquis rectius descripsisse nemo non videt, excepta figura voculae בר in fine versus secundi, nec non litterarum לו in ואלו vs. 3. Nihil enim dubito haec tria apographa unius eiusdemque lapidis inscriptionem repetere. Montague et Prudhoe versu primo רידו scripserunt pro זידו quod Grey recte habet. — In fine versus tertii in omnibus apographis nullo sensu additum est aliquid, nescio utrum figura quaedam parva an littera errore auctoris addita: Montague duo signa parva habet, reliqui litterae Aleph figuram. — Nomen versus quarti si עודו est — ut idem sit avi et nepotis nomen —, auctor litteram Ain male fecit; sin minus, litterae ברידו aut בדודו legendae videntur.

Solus Grey versum quintum haud dubie male servatum describere ausus est, cuius litteras, nisi forte verba שלם אבן־קיוו continent, legere non conor.

Tab. VI.

34.

Wâdi Mocatteb. — *Léon de la Borde.*

שלם עודו בר אל־מב
קרו ···· זאר

Littera ד in עודו laesa. Alterum nomen אל־מבקרו fine versus diremtum est. Huic inscriptioni graecam adiunxi

34[b]

ibidem — *eiusdem,*

quam eiusdem auctoris esse et prope praecedentem extare vix dubito; cuius verba sunt: *Μνησθη Αυδος Αλμοβακκερου*, quae verto: *Memoriae causa* scripsit *Audus filius Almobaqqeri*, rejecta omnino alia sententia: *Audus meminit Almobaqqeri;* de quo dicam ad inscr. 108.

35.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 32:* „Loose stoee. Perfect.“

שלם אוישו בר עידו

Utrumque Vav nominis אוישו mancum est ut litterae Resch figuram ostendat. Imperfecta etiam est conjunctio litterarum יש in eodem nomine, nec non figura litt. א.

36.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 133:* „Perfect.“

Eadem verba eâdem manu scripta, sed in hoc lapide melius sunt servata aut facta, quam in praecedente. At littera Jod in אוישו falsa est, videtur enim Beth esse.

37.

Gebel Mocatteb. — — *Seetzen 1.*

Ad radicem maxime australem, in praerupta parte petrae.

שלם חרישו
שלם חרשו בר
עמרו(?) בר—
שלם עיידו
בר אושו
זיר

Prima littera manca, deest ei altera lineola horizontalis. — Litterae של sequentis versus separatim positae sunt, quasi eae solae versus spatium occuparent; quod vitiosum est, conjungendae enim sunt cum ם, ita ut שלם eandem figuram habeat ac e. g. in inscrr. 114. 117, ubi Seetzen, inscr. 115, Rüppell, inscr. 114, et Coetella, inscr. 118, hanc coniunctionem eadem ratione neglexerunt. Quare huic apographo, quamquam maius est et magis perspicuum videatur quam Greyiana, non eam quam his plerumque fidem habeo: ut versu 1 legam חרישו, licet תוישו exhibeatur; versu 2 חרשו, quem תרשו haud commendaverim; versu quarto עיידו vel malius עבידו, quum עיירו proferre non ausim. Versus tertius male servatus.

38.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey 146.*

שלם עממו בר
חלצת (?)
בר גרם־אל־בעלי
Y

Duas lineas horizontales in fine versus primi non in lapide esse sed ab ipso Greyio dum describeret factas puto, ut sibi significaret vocem quae in hoc apographo secundum versum constituere videtur in lapide in primo versu esse, cui uno tenore describendo spatium chartae forte non sufficeret, cuius rei quum postea ederet oblitus sit. Sic mihi suadet inscriptio Contellii, vid. Descr. de l'Egypte Ant. Vol. V. tab. LVII. inscr. 60, quae unico versu constans primum et secundum nostrae inscriptionis versum uno tenore habet, quamque ex eodem lapide descriptam existimo, quum nomen patris litteris nostrae inscriptioni simillimis iisque non minus confusis vel laesis scriptum sit, praeterquam quod litterae verborum שלם עבמו easdem figuras ostendunt. — In גרם־ observa contractionem litterarum בר quae recte se habet. — Infra crux furcata.

39.

Wâdi Mocatteb. — *Grey tab. XIV.*

דכיר חבאו בר עמיו

Y

Utrum חבאו an חראו haereo. — Vocis בר figura in sequentibus duabus quae eiusdem auctoris sunt, eadem est.

40.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey 176:*

„This inscription, which was perfect, was cut off a mass of fallen rock, and has since been sent to Rome."

דכיר חבאו ב

ר עמיו

Iisdem verbis constat se antecedens atque eadem manu facta. Observa voculam בר fine versus diremtam quod rarissimum est.

41.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 158:* „Loose stone. Perfect."

דכי[ר] חבאו בר עמיו

Hanc inscriptionem eiusdem auctoris et manus esse dum statuo, magna negligentia sive auctoris sive describentis in prima voce est, cuius Resch penitus omissum eiusque Caph lineola horizontali inferiore caret, quod posterius etiam alias occurrit, pariter atque huius inscriptionis Cheth in sinistra parte solito brevius.

42.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 142:* „Perfect.“

† סלם גרם־אלהי בר עבידו

גרגר·

Ultimam versus secuodi litteram nen assequor. De figura H quae sub prima littera secundae vocis est, vide inscr. seq.

43.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 6:* „Rock. Perfect.“

Eadem verba quae peaeeedeotis, uescio an eiusdem maous. Deest crux initialis. Litterae עביד uoe ducta eeoinoctae. At Lamed io גרם־אלהי vitiosum, oam Jod esse videtur. Eiusdem nominis prima littera infra habet figuram H; quae figura alias eoque ipso in oemine (Grey 131. 35) est eentractio litterarum גר: sioistra enim linea perpendicularis est Resch, reliqua figurae pars est Gimel vid. tabb. alphab. et cf. figuram nominis גרם־אלהי in inscr. Grey. 129. Auctoe itaque sive perspicuitatis gratia sive ludens hanc alteram litterarum גר figuram subscripsit, nisi forte ipse Grey inscriptioaes suas intee se comparans atque aliis io locis loco duarum priorum litterarum figuram H inveoiens, banc in sues usus in inscriptioois apographo notavit atque eios rei postea oblitus est.

44.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 58:* „Loose stone.“

סלם גרם־אלהי

בר זידו

Versos prioris littera qoarta quae Gimel esse debet, vitiose est Jed. Versu altero littera Daleth perperam ineliosta est, ita ut ab Ain non differat. Pro בר זידו legeres עבידו quod scriptura fect, et initio versus secuudi בר deletum esse putares, nisi inscriptio eiusdem anctoris extaret quae proxime sequitur.

45.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 104:* „Perfect.“

Iisdem verbis eenstat ac praecedens, eàdem prorsus ratieoe positis, eiusdem manus, quaoquam litterae versus primi nen ita omnes una linea eoniuoguotoe. At versus secundi littera media corrupta.

Tab. VII.

46.

Gebel Mocatteb. — *Prudhoe tab. II.*

דכיר אבן־קויו
בר עמרו זאר

Pro דכיר potius כדיר vel כרין (כְּדִין *item?*) legendum esse videtur, at in tanta vocis דכיר in initio inscriptionum positae frequentia דכיר praefero: Caph lineola inferiore carens etiam alias occurrit, et Daleth eam lineolam frequenter habet coniunctionis gratia (utrumque sic coniunctum vidimus supra in inscr. 24[b] coll. cum 24[a]); poterat hoc in huius auctoris manu peculiare esse quod has litteras ita conjungeret ut Caph basi careret, et fortasse semper litteras Daleth et Caph sola capitis figura distingueret, quod in hac inscriptione et sequentibus duabus q. v. eadem prorsus ratione factum est.

47.

Wâdi „Maggase". — *Prudhoe tab. IV.*

Eadem verba quae inscriptionis praecedentis, eâdem manu facta.

48.

Wâdi El Ledja. — — *Burckhardt* p. 582 s. 3:
„Reliqui inscriptionis versus nimis laesi erant."

Eadem verba quae inscriptionum 46 et 47, eadem manu facta. Possit ea eiusdem lapidis esse ac inscr. 47, ignoro enim ubi sit Wâdi Maggase. — Litterae מר in עמרו dupliciter conjunctae sunt.

49.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 43:* „Apparently perfect."

שלם
[גרם]אלהי
בר עודו

Initio versus secundi tres litterae male servatae, quas גרם legere malui quam עבר aut חרם. Versu tertio post vocem בר supra deest lineola perpendicularis, qua figura litterae Ain perficiatur quemadmodum in בר עמיו inscriptionis 94 videbis.

50.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 36:* „Rock. Perfect.“

שלם אגדיו . . . . . .
שלם חלצת בר ואלו
שלם גרם־אל־
בעלי בר כלבו

Versu primo de א nominis אגדיו dubitem, גדיו saepius occurrit, מגדיו in inscr. 106. 107. Istud forte in nostra legendum est, quum prima littera vix bene servata sit. — Versu secundo dextra pars inferior litterae ת vitiose excidit; et litterae priores nominis ואלו praecedenti versu errore Greyi infra annexae sunt: Vav facile vides, et א annexum est litterae ו nominis מגדיו. — Jod in בעלי non satis curvum, nec finalem habet figuram, ut supra jam aliquoties figuram quae potius medialis est in fine vocum vidimus, v. c. in inscrr. 16. 45. 25.

51.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 143:* „Perfect.“

דכיר עבידו
Y בר וילו זיר

Nominis וילו lectio, quod etiam in inscr. 69 occurrit, paullo ambigua est: potest etiam ויבו legi. — Primam figuram versus secundi crucem furcatam esse existimavi, quam inscriptionis auctor quum ad dextram totius inscriptionis ponere vellet (cf. inscr. 81 vs. 3. 4.), secundo versui justo propius collocavit.

52.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 55:* „Loose stone. Uncertain.“

שלם
דאבו בר
גרם־אל־בעלי
עמרו בר כלבו
דכיר זאר דאבו בר
עמיו

Beth in אל־בעלי et Caph in כלבו forte se tangunt, atque illius litterae עלי librantur super Lamed in כלבו, quo casu novem litterae coniunguntur. — Initio versus quarti עמרו ex coniectura posui, scriptura habet עמכו. Quod sequitur בר minusculum est.

53.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 70:* „Loose stone. Entire.“

שלם עדו

בר חברכן זאר

Nomen חברכן quod etiam in inscr. 137 occurrit, dubitavi an potius חנרכן aut חירכן legendum sit. Vide etiam inscr. 75.

54.

Incerta. — — *Rozière 29.*

שלם אבן־אל־קינו

בר חרשו זיר

. . . .

Prima et ultima versus primi littera manca est: illam in ea quae vocis שלם in initio inscriptionum est frequentia, hanc e reliquis nominis proprii litteris octo agnosces. — Versus secundi בר appendet litterae Mem superioris versus. — זיר corruptum est.

55.

Gebel Mocatteb. — — *Seetzen 27°.*

Eadem in saxo quo inscr. 20.

שלם עדו בר עמיו [זאר ?]

שלם ואלו בר שעד־אלהי

Exeunte versu priore vocem זאר vel זיר male servatam exstare puto. — Exeunte altero litterae אלהי contractae sunt: Aleph aut mancum est, aut ad figuram accedit, quam in inscr. 24 vidimus.

Tab. VIII.

56.

Ad radices Montis Horeb. — *Prudhoe tab. III.*

שלם ושיו בר א(......)

In fine mancam esse non dubito. Auctoris nomen quod ושיו vel משיו videtur, יצרו legere malim, quod alias saepius occurrit; accedit quod nescio an haec inscriptio non differat ab inscr. 59.

57.

Gebel Mocatteb. — ***Prudhoe** tab. II.*

Eiusdem auctoris ac praecedens, q. v., addita in fine litterae Ain parte potiore.

58.

Wâdi Mocatteb. — ***Grey 30:*** „Fragment."

Hanc inscriptionem quum praecedentibus adiungerem inscriptionum in tabulis expositarum seriem componens, idem auctoris nomen habere putabam, et de litteris fragmenti tam parvi nihil constituere nunc tutius videtur.

59.

Ad radices **Monasterii St. Catharinae.** — ***Pococke 18***[b].

שלם וציו בר אעלא זיר

Potius סציו quam וציו videtur, praetuli tamen וציו quum hoc alias distincte scriptum saepius occurrat atque scapus litterae Vav non raro curvus sit. Ceterum inscriptionem hanc non bene descriptam esse apparet, ut vix opus videatur, libertatem in reliquis litteris explicatis pluribus defendere.

60.

Wâdi Mocatteb. — ***Grey 40:*** „Rock. Perfect."

שלם חרי
שו בר קירו

Mem primae vocis negligenter insculptum dependet et tangit litteram Vav versus alterius. — Resch in חרישו supra latum est, ut etiam חדישו, deminutivum ve. חדשו legere possis, sed nec חדישו nec חדשו alias in his inscriptionibus occurrit. — Patris nomen utrum קירו vel קיזו, an קינו legendum sit, incertus sum, quum alias non occurrat.

61.

Wâdi Mocatteb. — — ***Grey 51.***

שלם שעד־אלהי
בר עלעו (?) זיר

Nomen patris עלעו, quod alias non obvium est, legendum, si scriptura certa est de quo Grey tacet; sin minus, עבידו conjicies. — Litterae duae versus tertii initium novae inscriptionis esse debebant, ut mihi videtur, quae aut deleta aut ab auctore relicta est.

62.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey 145:*
„Beside this a quadruped."

שלם בריאו(?) בר בריאו
דכיר מעינו(?) בר
עבד־אלהי(?)
דכיר עבידו
(בר) אוילו

Nomen בריאו priore loco ex mera coniectura posui, si vera ea est, littera ultima penitus corrupta et Jod superiore parte paulo maacam est. — Nec minus littera penultima versus primi laesa, Aleph enim eam esse non dubito. — Versu secundo littera secunda basi caret, uti alias saepius. — Nomen מעינו nonnisi in hac inscriptione obvium est quam ob rem incertus sum utrum littera penultima Nun sit an Resch. — Nomen עבד־אלהי coniectura est, scriptura, de cuius fide dubito, ostendit עבד־אלמב. — Versu penultimo Doleth quod bis occurrit, priore loco nimis ad dextram inclinatum, ut ab Ain non differat, posteriore, ubi eiusdem figurae fuit, addità lineolà corruptum. — Quod ultimum est אוילו quum vix sit appositio quaedam, nomen proprium esse, בר praecedente deleto, non dubito, quumque versus semel sit laesus, de ipso אוילו quod praeter hunc locum non legitur, subdubitem, licet Owaila analogia arabica facile defendi possit: propono אוישו, deminut. nominis אושו, Lamed loco Schin descriptum saepius reperitur.

63.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 88:* „Loose stone Fragment."

שלם כלכו בר עמיו

Verba integra sunt. At pars inferior litterarum כל laesa.

64.

Nasby. — *Prudhoe tab. V.*

Y שלם עבד־אל־בעל(י)

Primum signum figura corrupta crucis furcatae s. fureae est, alterum Schin omissis lineolis duabus horizontalibus. Quae explicatio liberior videtur, at inscriptione sequente confirmatur.

65.

Incerta. — — *Coutelle 70*[b].

Y שלם עבד־אל־בעלי

Haec inscriptiu in qua littera Mem sola est imperfecta, eiusdem auctoris est atque antecedeus vel adeo ex eodem lapide descripta, quanquam haud similis illi videtur: praecedit enim apud atrumque inscriptiu eadem, apad Coutellinm inser. 70[a] quae ia tab. uustr. XIV inscr. 125 est, apud alterum tab. V ea quae nubis 126 est, cuius auctores pater et filius sunt.

66.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 50:* „Loose stoae. Fragment."

דכי(ר עבד)־אל־בעלי

Capb basi caret. Locu עבר aeque beue גרם suppleas. — Littera minuscula Vav quae inter Beth et Ain est, eliminanda: aut vitium est in lapide, ant quud praefero ad sequeutem versum qui deletus est pertinuit.

67.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 23:* „Perfect. Loose stoae."

דכיר דאבו
בר עמיו ···

Prima littera, nimis dextrorsum flexa, abundat basi. — Litterae יר in דכיר dupliciter vitiose iunctae. — Ultimam vocem aoa intelligo, alias ea aon occurrit.

68.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 34:* „Rock. Perfect."

שלם זידו בר שמר(ח)

Sain superne vitiose flexum alias aon occurrit. — Parvam voculae בר figuram huic similem vidimus supra in inscr. 17. — Greyius inscriptionem hanc integram esse dicit, equidem aoa possum uou dubitare: aomen proprium שמר in ea quae bis inscriptionibns est indole mirum est, quum שמרו exspectem, ac si quid addendum est, Cbet malo quam Vav, quum שמרת saepius, שמרו autem alias nusquam legatur.

69.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 2*[ab]: „Fallen rock.
The first two lines in the original are of a different hand.“

סלם וילו בר
עמיו זיר
סלם אללא בר
חלצת זאר

Exeunte versu primo figura voculae בר corrupta. — Versu postremo חלצת quod in his inscriptionibus tritum est, postulavi; scriptura quidem ostendit חלות: at rarissima sunt omnia propria in ת exeuntia praeter חלצת, et saepe litterae Vav et Qoph, cui Ssade simillimum est, vel capitibus describendo transpositis, vel ambiguitate figurae negligenter insculptae inter se permutantur.

70.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 61*: „Perfect.
Rock high up, about 20 ft., in a place where the winter-torrent has undermined the slope.“

שלם עמיו בר אללא זיר
דכיר(?) אל־תבקו(?) בר קימו

Versu primo figura vocis בר ad dextram infra abundat lineolâ, ut apparet ex inscr. sequente quam conf. — Verso secundo nomen quod litteris אל־תבקו constat, ἀπ. λεγ. est.

71.

Wâdi Mocatteb. — *Montague 1.*

שלם עמיו בר אללא זיר Y דכיר (?) אל־תבקו בר קימו

Montagus in inscriptionibus quas descripsit, plures versus continuo versu iungere solitus est. Haec eius inscriptio non solum eorundem auctorum sed etiam ab eodem ac praecedens lapide descripta. Quod posterius ex hac observatione apparebit: inscriptiones tres quae apud Greyium praecedunt: 56, 59, 60, nec non tres eae quae nostram apud Greyium excipiunt: 62, 63, 64, omnes in parvo numero earum sunt, quas apud Montagium reperis. Itaque hic eas describens easdem rupes praeruptas ante oculos habuit, ex quibus Grey eas descripsit. — In hoc Montagii apographo בר prioris versus regulari figura vides, vox זיר autem adeo corrupta est, ut haud agnosceres. Ceterum crucem furcatam ostendit a Greyio neglectam, haud dubie ea paulo latius ab inscriptione distitit, aut a fine versus prioris aut ab initio posterioris.

Tab. IX.

72.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 52:* „Loose stone. Appar. perfect.“

שלם גדיו (כ)ר
ואלו

A sinistra parte laesa est, inde mira ea figura litterae Resch et manca Vav

73.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 131:* „Fragment.“

שלם שם־אלה ······

Mem in שלם vix sic in lapide. — Nomen שם־אלה(י) alias non obvium.

74.

In valle prope Wâdi Faraûn. — *Grey 165:*
„Separated from the Waady Elmuketteb by a desart tract of some hours.“

(שלם) עמיו בר
(עבד־) אל־בעלי
(בר עמ) יו

Neque integram neque perspicuam esse existimavi et periculi causa explicavi: nam loco שלם auctor scripsisse potest דכיר, loco עבד־ etiam גרם־, loco עמיו aliud nomen in יו exiens. Ita Mem est vitiosum, non minus ac Lamed quod sub eo est.

75.

In via quae ducit versus
Sarbût-el-Khâdim. — *Grey 174:* „Perfect.“
Eodem loco quo inscrr. 12, 26 et 40.

שלם חברכן בר חהרה (?) זיר

Attuli ob nomen proprium חברכן quod iam in inscr. 53 vidimus q. v. rursusque in inscr. 137 habebimus; hoc loco coniecturâ ductus agnosco, scriptura enim ostendit חברם de quo dubito: ita hic Caph et Nun errore coniunctae eandem figuram habent ac supra Caph et Jud in inscr. 25, ut Mem esse videantur. — Alterum nomen mihi obscurum.

76.

Wâdi Mocatteb. — *Grey* 159^{b}: „Perfect.“

דכיר הכיבו בר אבן־אלֿ־קינו זיר

De nominis חביבו quod etiam in inscr. 130 et 131 et bis quidem extat, litteris ambigo: nescio an etiam חלֿילו legi possit, rejectis tamen חניגו et חרירו.

77.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey* 99^{b}.

שלֿם חרישו בר
אתמו זיר

Litterae חר male discissae sunt: fuerunt aut coniunctae, ut in inscrr. 125, 126, aut eius figurae quae est in inscr. Greyiana 4 collatâ eiusdem 128; vel infra in inscr. 84.

78.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 33*: „Loose stone. Perfect.“

שלֿם אבתח בר ואלֿ(ו)

Nomen אבתח (אפתח?) alias non occurrit. — Ultimam litteram esse Vav male servatum vix dubito.

79.

In valle prope
Wâdi Faraûn. — — *Grey 164*.
Deserto aliquot horarum distat a Wâdi Mocatteb.

שלֿם
ואלֿו בר >
פדרו (?)

Signum quo incipit versus secundus, non huic versui, puto, sed toti inscriptioni ad sinistram esse auctor voluit, uti e. g. statim in inscript. 81 quae sequitur versu quinto cernitur. — Nomen proprium versus tertii quod alias non occurrit, quibus litteris constet, incertum est.

80.

Nasby. — ***Prudhoe** tab. V.*

דכיר
עבד־אלהי
בר אתמו
זאר

Figuram hominis litteras esse existimo, at brachium versus inscriptionem sublatum Lamed sit. — Versus ultimi prima littera, quam facile restituerem, dubito an omissa sit, secundae iuncta, huic nimis sublata superposita mihi videtur, in lapide hae duae litterae ea figura gaudeant quae saepius est litterarum רא, e. g. in inscr. 48 vs. 1.

81.

Wâdi Mocatteb. — — ***Grey 91:***

„All on the same fallen rock and same side — all may be the same hand, but the six last lines certainly are.“

דכיר אתמו בר עבד־אלהי זאר
אכברו בר ועירה(?) זאר
Y שלם זירו בר ואלו א··ה זאר
שלם אל־תשפו בר אל־מבקרו (זי)ר
< דכיר אושו בר עבד־אל־בעלי ·······
שלם שעד־אלהי בר עבד־אל־בעלי זיר
Y ···· בר גרם־א
ל־בעלי זיר
שלם יעלי (?) בר ורצו (?) Y ·
שלם הרשו בר אל־ע ··· זאר
ויתיר יתר דיך (?)

Secundi versus nomen proprium utrumque alias non occurrit. Idem valet de זירו versus tertii cuius lectio, nisi inscriptio habet זירו, incerta est. — Versu quarto dubites de אל־תשפו de quo vide quae ad inscr. sequentem observavi. — Versu quinto א in אושו non satis recte descriptum, at facile agnosces; exeunte nolui בר אל־מבקרו conjicere, magis mihi placeret זאר sequente alia voce יקרו sive ליקרו quae in una inscrr. a Labordio descriptarum occurrit, at res incerta. — Versu sequente in שעד־אלהי Daleth vitiose basin habet at Caph esse videatur, et Jod cuius curvationes rotundae esse debebant, acutas eas monstrat et vitiose litteras בר tangit. In עבד־אל־בעלי secunda

littera vitiosa, tertiae annexum est aliquid quod haud dubie ad nomen proprium versus sequentis quod legere non audeo, ?בריאו, pertinet. — Versu nono, si verba recte divisi, duo nomina propria occurrunt, quorum lectio mihi obscura est. — Neque ultimi verba vertere vel certo transcribere nunc audeo.

Tab. X.

82.

Gebel Mocatteb. — *Seetzen 26:* Satis perspicua.
Eodem loco quo inscrr. 20 et 55.

דכיר אלֿ־הטפו בר
אלֿ־מבקרו זיר

Huius inscriptionis auctor in tanta quae est litterarum Chet et Tau similitudine quum ab insculpente vel describente versa figura facile commutentur, fortasse idem homo est quem versus quartus inscriptionis praecedentis nominat; quod si est praeferrem quidem אלֿ־החטו, sed alias etiam hoc nomen non reperio. — Primae vocis littera Jod consueto altius surgit, nec litterarum דכ figura irregularis in hac voce est inaudita.

83.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 48:* „Perfect.
Apparently two inscriptions."

שלם עבד־אלֿ־בעלי בר הריטו
בר חר
טו
שלם אעלא בר סמרת
זיר

Primum huius inscriptionis versum quum olim integram inscriptionem eo contineri putarem, in brevissimis et simplicissimis tabulae tertiae collocavi, postea tamen, inventa explicatione inscriptionis 84, versus secundi et tertii litteras paucas obscuras legere contigit, quae ad primum pertineat. Egregio enim hae inscriptiones 83 et 84 sunt exemplo quantopere inscriptionibus similibus inter se comparatis proficiatur. — Daleth in עבר mancum esse patet, etiam si altera inscriptio non probaret. — Sed versus secundi et tertii litteris sparsis verba בר חרשו inesse, ope inscriptionis alterius demtâ haud videres. Non magis אעלא hic legeres, quum scriptura אעברא ostendat. Nec סמרת quod שאלו vide-

tur: rarissime enim Grey, quod reliqui saepius fecerunt, litteras א et מ inter se commutavit cf. inscr. 74, 50, nec non inscriptionem Greyianam 87 vs. 2 cum Greyiana 83 vs. 4 litt. antepenult., cuius rei causa in lapido ipso fortasse sita est, qui figuram inter Aleph et Mem ambiguam monstrat, qualem justo saepius attulit Burckhardtus.

84.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 149:* „Perfect.“

שלם עבד־אל־בעלי בר חרישו
בר חרשו
שלם אלא בר שמרח
זיר

Litteras עב versus primi non bene agnovit Grey, in lapido haud dubie figura earum talis est qualis in inscr. 81 vs. 1 vidimus. — Imperfectum est etiam Chet eiusdem versus, quod Tau potius videtur, at inscriptione praecedente probatur. — Figura litterarum חר versu secundo simillima est ei quam supra in inscr. 77, q. cf., vidimus. — Lamed in אעלא, uti collata inscriptione praecedente apparet, separatim positum in nostri auctoris manu peculiare quid habet, quale observavimus supra in inscr. 74.

85.

„Gebel Musa.“ — *Niebuhr B.*

In magnis lapidibus rudibus.

שלם וילו בר אוישו

Exeunte versu non bene servata aut negligenter facta videtur. — Explicationem hanc defendet inscriptio sequens quae eiusdem auctoris, ac fortasse eiusdem lapidis est.

86.

„Wâdi Maggase.“ — *Prudhoe tab. IV.*

שלם וילו בר אוישו

Cf. praecedentem eadem manu scriptam. — Vox שלם hoc apographo recte descripta, contra Jod in וילו Niebuhr rectius agnovit non minus ac figuram voculae בר. — In אוישו, quod peculiari ductu scriptum est, utrumque apographum congruit, nisi quod litteram Schin apud Niebuhrium facilius quam in hoc apographo agnoscitur, coniungitur enim ea cum Jod eadem ratione quam saepius in nomine חרישו vidimus, cf. inscr. 19, 18[abc], et 102.

87.

Wâdi Mocatteb. — *Léon de Laborde.*

שלם כעמה
בר אתמו זיר (?)

Aleph in אתמו corruptum, ut apparet ex inscriptionibus tribus quae sequuntur; sed manus quae hanc scripsit differt.

88.

Wâdi „Hammoud". — — *Coutelle 73.*

שלם כעמה
בר אתמו

Haec fortasse ab eodem lapide descripta est, atque inscriptio 90. Coutelle vallem Hammûd quam ignoro 34 horis a monte Sinai et 17 a Gebel Mocatteb distare dicit.

89.

Incerta. — — *Coutelle 72.*

בר אתמו שלם כעמה
זאר

Quae verba in lapide (vide quae ad inscr. 23 observavimus) hac serie leguntur:

שלם כעמה
בר אתמו
זאר

90.

Prope planitiem „Warsan". — *Niebuhr E.*

שלם כעמה
בר אתמו

Haec inscriptio facile eadem est ac 89, et ut opinor extat in Wâdi-el-Nasbe aut Wâdi Khamîle.

91.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 28:* „Loose stone. Appar. perfect.“

דכיר ואלו בר
שמרחו ··

Daleth in דכיר mancum et Jod non satis curvum. — In שמרחו Resch supra latius est. Utrum Vav ad hoc nomen pertineat in incerto relinquo; in pluribus quidem inscriptionibus שמרח sine Vav scribitur: at praeter hanc etiam Coutellii 68 nec non Greyii 150 (in qua pro עמרחו legendum videtur שמרחו) Vav exhibent.

92.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey 64.*

שלם (עמי)ו בר עורו

Nomen proprium prius עמיו aut עמרו esse atque adeo in lacuna a describente relicta aliquid supplendum esse inscriptio sequens docet. — Nomen alterum עורו alias haud occurrit, si עודו quod tritum est, praefers, auctorem inscriptionis vitiose scripsisse vel supernam litterae Daleth partem laesam esse necesse est ut statuas, lapis enim nunc habet עורו, id quod ex inscriptione sequente apparet.

93.

Ibidem. — — *Montague 5.*

Eadem verba ex eodem lapide descripta haec esse, meâ quidem sententiâ elucet ex iis quae ad inscriptionem 70 et 71 observavi.

Tab. XI.

94.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 106:* „Apparently perfect.“

דכיר(?) גרם־לֹ־בעלי בר עמיו
שלם ········ דכיר(?) זאר

Hanc inscriptionem et sequentes duas iisdem verbis constantes, quanquam totas legere non audeo, ut in medium proferrem et lectori scrutanti commendarem, plures fuerunt causae. Observatu digna est scripturae ratio, quae a reliquis inscriptionibus

paulo differt: figura litterae Mem in עמיר inscriptionis huius et sequentis alibi non obvia est; vix usquam quod meminі Mem cum littera sequente coniungitur ea ratione, qua in מל versus prioris harum trium inscriptionum et in inscrr. 94 et 96 versus secundi litterâ quintâ. Vexor deinde signo illo parvo quod in altero verso medio quaeque harum inscriptionum habet quodque alias aut Qoph est aut Vav. Rarissimum praeterea hoc est quod littera Aleph Articuli in nomine proprio priore omissum est, quod alibi in una tantum inscriptione (101) factum esse videtur, in nostrae omnibus apographis fit, nisi lineolae a Mem ad Lamed descendenti Aleph inesse sumis, id quod equidem haud ausim, quum Lamed eandem quam hic figuram etiam alibi saepius ostendat, v. c. inscr. 74 vs. 2. Ipsa vox דכיר, qua incipiunt inscrr. 94 et 95, figuram habet peregrinam, qua diu vexatus sum: scriptura enim, inprimis in inscr. 95, maximopere commendat כריך (כְּרִיךְ *item?*), rejeci tamen istud quum nusquam alibi sic scriptum videam atque nostri auctoris manus peculiare hoc habere poterat, quod Resch finale dilataret. — Versus alterius verba difficilia quo explicem nihil habeo; penultimam vocem esse דכיר, mera est coniectura, cui inscr. 96 favet, renitentibus tamen duabus reliquis atque huius vocis figurâ in inscriptionis initio.

95.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 152:* „Apparently fragment.“

Eadem verba quae praecedentis q. v. At initium versus alterius laesum: quod enim ibi esse videtur בר, nihil aliud ac vestigium litterae Mem vocis שלם est, quem hic mutilatam esse inscrr. 94 et 96 docent. Quae eadem comparatae indigitant, ad Mem quod proxime sequitur, unam litteram vel duas esse omissas.

96.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 77:* „Fragment. High up.“

Eadem verba ac proxime praecedentium. Ineunte versu priore vox דכיר omissa est. — Nomen עמיר vitiose loco Jod duas litteras sistit.

97.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 113:* „Perfect.“

מדכיר הרישו בר תים־····

Quum מדכיר praeter hunc locum in una tantum inscriptione (108) obvium sit, atque nostra Mem haud regulare ostendat, dubitare licet an potius דכיר legendum sit, praecedente fortasse cistâ cui crux furcata superimposita sit. — Nomen proprium alterum alibi haud obvium. Apud Burckhardtum pag. 606 nomen proprium תים־אלהי occurrere videtur.

98.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 7:* „Rock. Uncertain."

דכיר עבד־אלבעלי בר שעד־אלהי בר בר

····· ·· ·····

In nomine proprio primo litterae לבעלי insignem habent cum scriptura recente Arabum similitudinem, quae fortuita est: nam ista litterae Ain figure haud dubie corrupta est, superior enim pars debebat aperta esse, ut alibi ubivis; inscriptionis huius ductus incerti. Ita etiam pro Schin, quod proxime sequitur, בר legendum esse apparet. — Nec minus corruptae in nomine sequente sunt litterae להי quamquam vestigia earum facile inveniuntur, et, mihi quidem, indubitata sint. — Ad בר quod versu exeunte est, pertinuerunt litterae יאר quibus nomen proprium בריאר constitit, quae fortasse initio versus secundi sunt, vix tamen eae agnoscantur.

99.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 124:* „Perfect."

דכיר זידו
בר אל־מבקרו
זיר מ·יה

In nomine proprio אל־מבקר littera Beth eandem habet figuram ac Lamed, Beth eam esse docet inscriptio sequens. Litteram proximam Qoph esse non dubito quamquam apographum Vav habet: in inscriptione sequente scapus huius litterae curvus prodit Qoph, obstante quidem capite; litterae figura, ut opinor, in lapide est ea quam in inscr. 70 vs. 2 bis vidimus. Litteram quae sequitur Resch esse docet inscr. sequens.

100.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey 76:*
„Loose stone. Apparently perfect."

Eadem verba quae praecedentis, totidem versibus scripta. — Littera Resch in דכיר infra vitiose curvata. Quod idem cadit in Resch vocis דר.

Observa crucem furcatam inchoante et exeunte inscriptione positam, quum praecedens quae eiusdem auctoris est, neutram habeat.

101.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey 105.*

בריך זידו בר
גרם־ל־בעלי

Loco בריך fortasse coniicias דכיר: at tres aliae sunt inscriptiones, quae בריך exhibeant: inscr. 104, quam mox videbimus, inscr. Greyiana 26, quae his litteris constat: בריך חרישו בר atque adeo fragmentum est, et Greyiana 25 cuius versus primus est: בריך ואלו בר שעד־אלהי. — Nomini גרמלבעלי deest Aleph Articuli, ut in inscrr. 94—96, nisi forte cum superiore parte litterae Mem coniunctum illud fuisse statuas.

102.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 84ᵃ:* „Rock. Perfect."

דכיר חרישו
בר זידו זיר

Omnes prioris versus litterae coniunctae; inprimis placent חריש non minus audacter ligatae quam litterae כביר in inscr. 43.

103.

Wâdi Magara. — *Prudhoe tab. I.*

שלם אללא
בר עמיו זאר

Ex coniectura legi. Exeunte versu priore apographum habet Mem quod saepius cum Aleph commutatum est. Posteriora litterae male servatae vel agnitae sunt.

104.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 151:* „Fragment."

בריך כלבו בר עודו

Verba sunt integra, at probabile est, alios nomina sua nunc deleta huic adiunxisse. — De בריך diximus ad inscr. 101; Jod huius vocis corruptum est. — Nomen proprium כלבו hic singulas litteras separatas exhibet.

105.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 8:* „Rock. Perfect. Under it a four-footed animal rudely scratched."

דכיר אבן־קויו
בר וציו זירץ(?)

Angulatas huius inscriptionis auctor litterarum formas prae ceteris adamat, attamen unâ omnes lineâ coniunctas. — Caph in דכיר supra mancum. — Nomen proprium אבן־קריו potius אנר־צריו videtur; litteram autem secundam, quamvis angulatam, Beth esse, prima versus alterius littera prodit, quam Beth esse apparet. Littera Qoph vitiose supra abundat lineolâ. Et Jod angulatum est et laesum. — Ultimam vocem, nisi est דיר sequente cruce furcata, quae cum littera Resch confluxerit, non intelligo.

106.

Gebel Mocatteb. — *Seetzen 27**. Satis perspicua.
Eodem loco atque inscrr. 20, 55 et 82.

Eiusdem auctoris est, iisdemque verbis constat ac sequens a Greyio descripta q. v.

107.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 69:* „Single stone. Perfect."

מגדיו בר
ואלו ...

Eiusdem auctoris ac praecedens eadem verba, at alius lapidis. — Nomen proprium מגדיו alibi non occurrit, nisi forte supra in inscr. 50 vs. 1. — Figura litterae Gimel huius apographi differt quidem a praecedente, sed utraque recte se habet.

* * *

Hactenus inscriptiones singulorum. Quibus facile plures alias quae haud difficiliores essent, addi poterant. Semel autem faciendus est finis. Sunt deinde aliae de quibus propterea tacui, quod subesset mihi spes, fore ut perfectius vel legam vel interpreter.

Verum una restat quae huc pertinet quamque silentio praeterire haud licet, quum magnae raritatis et auctoritatis sit ob inscriptionem Graecam quam eius auctor addidit. De qua seorsum et speciatim iam agamus priusquam ad inscriptiones patrum et filiorum accedimus.

INSCRIPTIO

BILINGUIS.

Tab. XII.

108.

Haec inscriptio inter Sinaicas satis bene servatas et hucusque editas sola manifesto reperitur bilinguis, Graecâ inscriptione adiunctâ.

A.

Wâdi Mocatteb. — *Grey tab.* 13, 1:

„The Original is enclosed by lines drawn as seen here: it is on the rock, in a situation now inaccessible, appears perfect, and is not cut but rather *dotted* out with a pointed instrument like all the inscriptions of the unknown character. — The hand also of all the part enclosed seems the same. — Over the first line is the figure of a man with uplifted hands, — and under the Greek, a horse.

מדכיר אושו בר חרשו י···זאר

ΜΝΗϹΘΗ ΑΥϹΟϹ ΕΡϹΟΥ

ΚΑΛΙΤΑΙΟΥ ΜΑΡΟΥ

ΕΝ...ΛΘΟ.

שלם חרשו(?)····

·יו זאר

Vox מדכיר quae incipit rarissima est nec nisi in inscr. 97 reperitur. Daleth huius vocis nimis ad dextram inclinatum, ita ut Ain videatur, ut alibi haud raro. Resch supra nimis latum est, quasi Daleth esset, sed apographa reliqua dubitare non sinunt, quin Resch sint. — Nomen proprium אושו egregia perspicuitate gaudet: ei respondet Graecum *Αὔσος*; ita enim legendum esse (non *αὐτος* quod O. Müller in *Gött. gel. Anz.* 1832 pag. 1537. voluit), docent apographa reliqua comparata. — Vocula בר quam in reliquis apographis (vide s. litt. E huius tab.) facile agnoscis, in Greyiano difficilis videtur: at Beth non satis curvum est, et, quod maius est, Resch cum scapo litterae Chet, quâ nomen sequens incipit, supra vitiose coniunctum; ipsaque littera Chet in duas partes discissa, ita ut loco ח ר apud Greyium רו scriptum videatur, quod

falsum esse docent apographa reliqua. — Quae eadem docent, ultimam huius nominis litteram esse Vav, non Qoph, Grey enim חרשק exhibet, pro חרשו quod in his inscriptionibus frequenter vidimus. Idem nomen proprium ipsa Graeca scriptura confirmatur, cuius *Αὖσος Ἕρσου* (legendum enim esse alterum cum spir. asp. non dubito) respondet verbis אושו בר חרשו scripturae peregrinae. — Ita hi errores apographi in causa fuerunt, cur nemo huius inscriptionis bilinguis ope aliquot litterarum potestatem invenire potuerit, nec mihi contigit, ut eam inscriptionem, in qua, quod facile intelligis, eruenda omnium maxime desudaveram, prius explicarem quam maximam partem alphabeti omniumque inscriptionum harum rationem aliâ viâ initâ certo iam cognovissem. Adhuc non totam eam intelligo: vocem quae sequitur nomen proprium חרשו, interpretandam relinquo. — Verba graeca facile leguntur excepto versu quarto, de quo vide sub litt. F.

Accedit apud Greyium altera inscriptio, litteris peregrinis, iisque haud bene descriptis quam solus Grey habet. Obscura mihi ea est: lineam parvam semirotundam quae ad litteram ultimam versus prioris est, in versus alterius fine in lapide positam esse conieci, unde vox זאר efficiatur. — De interpretatione inscriptionis Graecae vide sub D.

B.

Wâdi Mocatteb. — *Prudhoe tab. VI.*

Eiusdem inscriptionis aliud apographum. Cui quanquam haud ea est fides ac praecedenti — vitiis enim scatere iam ex litterarum graecarum figuris apparet — alterius tamen menda ex altero possunt corrigi, quum in aliis ac Greyianum scripturae peregrinae litteris istud sit falsum et vice versa. In voce מרכיר litteras Daleth et Resch rectius ostendit quam Grey, falsum autem est in Mem, Caph et Jod. — Loco אושו vitiose ostendit אולו. — At voculam בר apud Greyium corruptam luculenter exhibet. — Chet in חרשו non discindit, lineolâ tamen supra ad sinistram vitiose abundante. — Eiusdem nominis Resch quidem falsum, at Vav verum. — Inscriptio peregrina altera hic neglecta est.

C.

Incerta — *Coutelle 58.*

Quum inter inscriptiones quas Coutelle in variis peninsulae Sinaicae vallibus descripsit, graeca nostra quae sub littera D sequitur, exhibita sit, peregrinâ non adiunctâ, atque ab auctore inscriptionis, quum alio loco eam repeteret — nisi Coutelle ipsum Greyi lapidem ante oculos habuit — peregrinam scripturam non additam esse verosimile non sit, perlustravi peregrinas Coutellii inscriptiones et hanc reperi, quam non solum auctoris nostri Ausi esse non dubito, sed etiam prope Graecam Coutellii (D) extitisse et ad hanc pertinuisse, a Coutellio autem errore vel casu separatam esse existimo. — Fide praestat praecedenti. Singulas litteras ipse compares inter quas Chet egregie exhibitum reperis; hoc tantum moneo, versu primo exeunte דיר esse loco זאר, sive Coutelle in ea littera describenda erraverit, sive auctor noster alio loco sic scripserit; incertus enim sum, an Coutelle inscriptionem ab ea lapide delineaverit, quam Grey et Prudhoe ante oculos habuerunt.

D.

Incerta — *Coutelle 74.*

Inscriptio Graeca, cuius verba et versus iidem sunt ac Greyianae sub litt. A. Solum My nominis proprii *Μαρου* corruptum est, id quod e reliquis apographis apparet.

Quae inscriptio graeca, me quidem interprete, ita intelligenda est: *Memoriae causa* scripsit *Ausus, filius Hersi, filii Kohitaei, filii Mari.* Vox *ΜΝΗΣΘΗ* in initio etiam aliarum inscriptionum graecarum inter Sinaicas repertarum obvia est earumque eiusdem aetatis. Quarum unam supra tabula VI. ad inscr. 34 ex Labordii opere qui et plures exhibuit, attulimus, alias vide apud Greyium tab. 13 inscr. 2. 3. 6. Una pluralem ostendit qui *μνησθωσιν* est, Grey tab. cit. inscr. 5., quanquam ea duorum tantum nomina continet. Inter ipsas inscriptiones Graecorum peregrinantium in sepulcris Regum Thebanorum a Saltio descriptas, in Transactions of the Royal Society of literature Vol. II. P. I. editas ibique a Letronnio explicatas una est quae incipit: *Μνησθη Ασκληπιαδης* etc., inscr. 6., atque alia quae his verbis constat: *Μνησθει Θεοκριτος ὁ σφαιρορχης;* quarum priorem Letronne p. 71 sic legit: [*Τήνδε τὴν σύριγγα ἰδὼν ἐθαύμασα και ......ἐ*]*μνήσθη*[*ν*] *Ἀσκληπιάδης* etc. alteram (inscr. 46 p. 74) sic: [... *ἐ*]*μνήσθ*[*η*] *Θεοκριτος* etc. In quibus haud dubie falsus est vir ingeniosissimus, deceptus inscriptionibus iis quarum auctores meminerunt familiae vel amicorum, e. g.: *N. N. ἰδὼν ἐθαύμασα καὶ ἐμνήσθην τῶν ἐμῶν πάντων* (ibid. inscr. 33.) Secutus tamen eum est O. Müller, qui in *Gött. gel. Anz.* 1832 p. 1537 non solum nostram inscriptionem (Ausi) sed etiam hanc: *Μνησθη Αυρηλιος Βορασος Χαλβου* (Grey tab. 13. inscr. 4) iis annumerat quarum auctores hominum dilectorum in patria relictorum mentionem piam fecerint; nostram itaque sic interpretaturus est: *Meminit is Ersi, Calitaei (et) Mari.* Quae explicatio inscriptione peregrina refutatur.

E.

Quum haec inscriptio bilinguis sit atque adeo lectores plurimi ex ea potissimum iudicaturi sint de veritate explicationis inscriptionum peregrinarum hoc libro expositae, tria haec versus peregrini apographa, litteram sub littera, repetenda curavi, quo commodius comparatione instituenda possit intelligi, num apographa easdem litteras exhibeant et quantum inter se differant. Unde conlici poterit quid in lapide scriptum sit. Ubi, ne iusto maiora esse videantur discrimina — haec etiam in aliis haud parva sunt —, commonefacio verborum Greyi: It is on the rock, in a situation now inaccessible.

F.

Eadem ratione repetendas curavi litteras quae Graecae inscriptioni adiectae sunt; videant alii quid eae significent. Periculi causa propono: *Ενθα* (vitiose pro *ἐνθαδε*) *ἦλθον huc veni;* vel *Ἐνῆλθον ingressus sum* in celebrem hanc vallem, hic fui; quanquam *μνησθη* non facile auctorem primâ personâ loquentem expectare nos sinit. — Vero haud dissimile est his litteris sensum inesse eundem ac voci illi quae exeuntibus inscriptionibus peregrinis plurimis extat.

INSCRIPTIONES

P A T R U M

QUIBUS COMITANTUR FILII.

Tab. XIII.

109.

Wâdi Mocatteb. — — *Montague 4.*

שלם אושו בר כלבו וְכלבו ברה זיר

Littera He in ברה (בְּרֵה) in lapide vix perspicua est: apographa enim reliqua quae sequuntur, in eius figura delineata nimis differunt. Vid. inserr. sqq.

110.

Wâdi Mocatteb. — *Léon de Laborde.*

Eiusdem auctoris eadem verba. Schin primae vocis mancum. At reliqua egregie descripta. Litterae He in ברה figuram reliquis rectius, me quidem iudice, hoc apographum exhibet.

111.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 56:* „Rock high up. Perfect."

Eadem inscriptio ac 109, quod apparet ex iis quae supra ad inscr. 71 observavimus. — Inter בר et כלבן Grey vitiose addidit lineolam curvam, Vav nominis כלבו corrupit, nec vocem ברה recte delineavit. Postremi verbi litteram primam et ultimam lineâ rectâ expressit, ceteri curvâ.

112.

Gebel Mocatteb. — *Prudhoe tab. I.*

Iisdem verbis constat, at imperfecta est. Schin nominis אושר mancum. In כלבו littera Beth omissa. Utrumque Vav in media inscriptione mancum. Littera quarta a fine, cuius vestigia non satis clara essent, caute in hoc apographo relicta est.

113.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 118:* „Fragment."

... . בר כלבו וכלבו ברה
.....(ואע)לא ברה זיר
.... זיר

Fragmentum esse apparet. Ac quidem lectae litterae monstrant, ad sinistram nihil, ad dextram autem septem certe litteras deesse. — In medium protuli ob figuram vocis ברה quae bis obvia est.

114.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 65:* „Fragment. High up."

שלם עבידו בר ואלו
וואל ברדה

Minime fragmentum est sed integra eaque bene a Greyo delineata. Angulus quidem litterae Lamed vs. 2 iusto obtusior; et Beth sequentis vocis abundat fortasse lineolâ infra ad dextram exeunte. Quae e collatis apographis 115, 116, 118, nec non ex inscriptione 117 elucent. — Nomen filii ואל caret Vav exeunte, avus tamen ואלו scribitur; Vav istud nusquam alibi pro arbitrio omittitur, excepto nomine proprio שמרח, de quo ad inscr. 91.

115.

Wâdi Mocatteb. — *Rüppell:* Sat bene servata.
Edita in *Fundgr. des Orients* Vol. V. pag. 432.

Eiusdem auctoris eadem verba, nescio an ex eodem lapide descripta ac praecedens. Sed fide longe inferior quam ea. Mem vocis שלם ad posteriorem versum pertinere arbitreris. In עבירו Jod est loco Beth. Lamed in ואלו mancum, et Vav posterius abundat figurâ ad sinistram exeunte.

116.

Gebel Mocatteb. — — *Seetzen 8.*

Vix dubito quin sit inscriptio eadem ac praecedens. Sed et hoc apographum imperfectum est, si cum Greyiano 114 comparatur. — Nomen proprium עבירו hic non agnosceres. Loco litterae Vav in ואלו est Daleth. Aleph versus alterius simili ratione ac in apographo praecedente corruptum. Postremam litteram cum ultimâ versus prioris conionctam ab antecedentibus discissam vides, cuius rei occasionem ostendit apographum 114. Cf. sq.

117.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 138:* „Apparently perfect."

Alia inscriptio oiusdem auctoris quae iisdem verbis constat, additis antem ad sinistram inscriptienis aliquot litteris, quas, si ad eam pertieent, ש(ל)ם זיר וש(ל)ם vel זירו ש(ל)ם qeemadmndum in fine iescriptioanm nonnullarum scriptum est, legendas esse iudieaverim; verum existimare malo oas ad aliam iescriptionem quso bnic ad sinistram insculpta sit, exenntem pertinuisse et בני (בְּנֵי quae vox in inscrr. 133 — 148 praecedentibes nominibus fratrum ebvia est) quod scriptura sino nlla ambiguitate exhibet, legendsm esse, quam vocem propriem aliquod nomen seqnatur, qund, ati reliqua, delotnm sit hodie.

Quam bene Grey descripserit, baec inscriptio et 114 egregie docent, si Rüppellii, Seetzeaii, et quod proxime seqeitur Coutellii apographnm eonfertur. Egregie inscrr. 114 et haec exhibent aomen prnprium עבירו qeod apnd reliqaos agnoscere vix aedeas. Vncem שלם cuius Mom andaei ductu, quemadmodnm alias noananqeam, dependet in initio versus alterius, statim perspicis, reliquorum autem apographa bic errores creant.

118.

Incerta. — — *Coutelle 59.*

ם וול ברה של עבירו בר ואלו

Hae snnt litterae apographi istius qaibna nihil alind coetieetur aisi inscriptie 114. De Coutellii erroribna diximus ad inscr. 23. Qui, qunm Mem vocis שלם iaeunte verse altero esse videretur, ultimam inscriptionis litteram eam essa patavit. Ceterum וילו loco ואלו exhibitum eat.

Tab. XIV.

119.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 157:* „Loose stone. Perfect."

שלם חליו ובריאו(?) ברה
בר הרישו זיר

Versu posteriore nibil deest; nimirum inscriptie ano tantum verse coestat: vocula זיר pertinet ad nltimas litteras prioris, quibns nna aerie addi non poterat; et בר חרישו, ut mihi videtur, est additamentem pertinens ad nomen proprium חליו, (חלבו?) sub quo positum est, qnum aactor finita iam inscriptiene vidisset patris nomee praeter consuetudinem a se emissum esse. Sed fortasse audacior fei in verbis prioris versus legendis, certe חליו alibi eon ebviem eat.

120.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 141:* „Perfect.“

דכיר זידו בר זידו
ועמיו ברה זיר ו שלם

Alterum זירו a priore aliquid differt, ut de illo subdubitari possit.

121.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey 98:*

דכיר בריאו בר
הרשו ו
עבידו ברה זיר

Quum Grey qnomodo servata sit, uon addiderit, fragmentum esse fortasse iudicarem; sed inscriptionem sequentem quam iisdem verbis versibusque constare atque hanc puto, integram esse dicit. Copula Vav exeunte versu alibi non dirimitur, exceptâ solâ inscr. 124 vs. 2., sed vide sequentem. — Litterae יר in עבידו potius בר legendae videntur. Nec litteram He in ברה quae discissa est, agnovissem, demtâ ope inscriptionis sequentis.

122.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 5:* „Perfect.“

Iisdem atque antecedens constat verbis versibusque, me quidem non dubitante. Haud tamen omnino est integra: exeunte versu primo excidit vocula בר. Praeterea littera secunda vitioso Vav est pro Caph. Sed ineunte versu ultimo Greyium egregie falsum esse puto, qui שלם loco עבי descripsit: Mem quidem huius vocis, magis quam alibi a sinistra apertum, Jod esse existimo; et Schin quod videtur, superiore lineolarum horizontalium demtâ parum abest a figura litterae Ain. Ita hae duae inscriptiones quae certam tantummodo quandam prae se ferunt similitudinem, se mutuo adiuvant et illustrant, ut explicari tandem possint, desperes autem, si alterutram solam sumseris enucleandam.

123.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 72:* „Loose stone. High up. Entire.“

שלם עמרו בר וציו וציו
ברה זיר ו שלם(?)

Nomen proprium וציו exeunte versu priore merâ coniecturâ posui, cum quod istis figuris facile inesse potest, tum quod saepe nepotis et avi nomina eadem sunt e. g. in inscrip-

tienibus plurimis proxime praecedentibes et sequentibus 109—118, 124—132. Scriptura autem exhibet מצקן. Figurae illi mirae versus secundi ex qua nihil efficias, litteras שלם corruptas inesse suspicor, quod similitudo inscriptionis 120 commendat; cf. inscr. Greyiana 80[b] et 123.

124.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 75:* „Rock high up. Eatire."

שלם חל..
בר אללא ו
אללא ברה
זאר

Nomen propriem quod versu primo est, legere non andeo, nescio an mendum insit. — Reliqua egregiâ perspicuitate gaudent.

125.

Iacerta. — — *Coutelle 70*[a].

דכיר חרישו בר
עלבו ועלבו ברה זיר

Etiam haec inscriptio avi et nepotis nomen idem ostendit, sed in eo legendo haereo: כלבו andacius mihi videtur, et quum עלבו alibi eon obvium sit, facile etiam עברו, ערבו et ענבו, quae eadem non obvia sent, commendantur; neque aliquid proficimus inscriptione sequente, quamquam eiusdem est auctoris. — Litteram inscriptionis antepenultimam corruptam eamque Jod esse, cum facile coniicitur, tum apographo quod sequitur probatur.

126.

Nasby. — *Prudhoe tab. V.*

Eiusdem inscriptionis aliud apographum, quod ex eo apparet qued supra ad inscr. 65 mennimus cui addendum est, tertiam etiam inscriptionem, eam quae aped Coutellium numero 64 signata est, in Prudhoi tabula prope has reperiri. — Litteras כי in דכיר hoc apographum praecedente melius, Daleth autem huius vocis peius exhibet.

127.

Wâdi el Naszeb. — — *Burckhardt* p. 478, 1[b].

שלם חלצת בר בר(יאו)
ובריאו ברה

Exeunte versu priore tres litteras addendas esse non dubito, nam eum nullum nisi בריאו nomen proprium litteris בר incipit, tum nepotis et avi nomina eadem plerumque sunt, quod ad inscr. 123 observavi. Nepotis quidem בריאו esse docent inscrr. seqq. — Pro חלצת hoc apographum habet חלקת, vitiose, uti Rozièri et Coutellii apographis evincitur. E quibus iisdem intelligis, quantopere Vav nominis proprii בריאו a Burckhardto corruptum sit.

128.

Incerta. — — *Rozière 57.*

שלם חלצת בר (בריאו)

ובריאו ברה

Inscriptio eadem ac praecedens eaque bene descripta nisi quod exeunte versu priore duae litterae בר neglectae sunt, et inscriptiones extrema littera supra est aperta: clausa enim est, quemadmodum cetera apographa recte imitata sunt.

129.

Incerta. — — *Coutelle 66.*

ובריאו ברה שלם חלצת בר בר(יאו)

Est inscriptio eadem ac 127 et 128, sed inversa Coutellii errore, quem supra ad inscrr. 23, 89, 118 monstravimus.

Tab. XV.

130.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 136:* „Apparently fragment."

שלם זידו בר חביבו

וחביבו ברה

De nomine proprio חביבו (חלילו?) dixi ad inscr. 76. — In hac inscriptione his legi intellexi ope eius quae sequitur.

131.

Gebel Mocatteb. — *Seetzen 21.* In rupe praerupta.

Vix dubito quia haec inscriptio aliud sit apographum eius quae praecedit. Mutuam eae sibi eamque egregiam praestant opem collatae. Certe eorundem sunt auctorum eademque exhibent verba.

132.

Iacerta. — — *Coutelle 67.*

ו ברה זי(ר) עמי(ו) ועמי דכיר וילו בר

Periculi causa hanc inscriptionem illo Coutellii errore magis quam inscr. 129 et reliquas ibi memoratas inversam et confusam in medium protuli, fortasse sic legendam:

דכיר וילו בר
עמיו ועמי
ו ברה

* * *

In hoc monumentorum genere quod inscriptionibus 109—132 continetur, paulo aliter atque in primo genere versatus sum. Ad unam enim omnes hic congessi inscriptiones quibus series nominum propriorum inest haec: A, filius B, et C, filius eius. Et eo quidem consilio, ut lectores certo iudicio omnia ponderaturi quam commodissime possint explorare, num littera illa, quae in media quaque inscriptione inter duo nomina propria posita reperiatur, re verâ sit Vav; et, quod maius est, num vox quae ultimo — vel penultimo si inscriptio verbo זיר terminatur — est loco, non aliter ac ברה legenda sit.

Attuli itaque vel inscriptiones, de quibus tacere mallem; quae aut difficiliores sint atque adeo non nisi coniecturâ quae audacior videatur, explicari possint (inscrr. 119, 121, 122), male eae sive servatae sive descriptae sint (inscrr. 132, 125, 126), atque adeo merum fragmentum (inscr. 118).

Eandem prorsus rationem secutus sum in inscriptionibus fratrum quae iam congestae sequuntur quotquot inter eas quae hucusque sunt descriptae, extant. In quibus eadem littera Vav significatione copulativâ etiam frequentior est, praecipue autem quae eam tuetur, vox בני lectori proponitur probanda.

INSCRIPTIONES

F R A T R U M.

133.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 49:* „Rock. Apparently perfect.“

דכיר וא
לֹו וחרי
שו ועיי
דו בני אלה־א
ושו זיר

Huius auetor ad regularem videtur contendisse inscriptionis figuram, quadratam et oblungam: in nnoquoque versu sex vel septem litterao sunt, neque ulla habita est verborum dirimendorum ratio; exeunte enim quolibet versu nomen proprium aliquod vides interruptum, eaque omnia — quatuor quidem — brevia sunt, qualia ab aliis auctoribus diremta exeunte versu scribi non solent. Eandemque inscriptionem alio loco iisdem litteris iisdemque versibus repetitam vides, inscr. 134, nisi forte Grey quum in Wâdi Mocsttch vagaretur, his descripsit eandem. Utcunque res sit, altera alteram illustrat. Atque in nostrâ quidem versus primi litteram secundam Caph esse et vitiose basi carere quartamque eius versus Resch esse, nec non versus quarti antepenultimam, licet Resch videatur, Lamed esse (cf. ad inscr. 13.), ex altera statim apparet, q. v.

134.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 130*: „Entire.“

Eadem est se praecedens, quae quâ in re hâc illustretur diximus. Vice versâ illa docet, hanc in versu secundo litteram antepenultimam quae Resch est, mendose basi praeditam exhibere, versus quarti litteram ultimam delendam esse, et quod gravissimum est, versus primi quintam excitare mendi suspicionem. Haec me multum vexavit, dubitabam enim, utrum דכירן ואלו an דכיר ואלו legendam esset; quorum neutrum quidem placebat, neque in ulla alia inscriptione litteram inter דכיר et nomen proprium quod sequatur interpositam repereram. Unde nunc existimo eam litteram in hac inscriptione vel casu vel errore esse ortam, id quod altero apographo confusâ eâ quam hoc loco habet figurâ confirmari videtur. — Observandum praeterea est, in nomine עיידו — quod כבידו legendum coniiceres, nisi etiam in aliis inscriptionibus satis distincte nomen proprium עיידו obvium esset — litteram Ain solito magis erectam esse.

135.

Wâdi Mocatteb. — — *Grey 13:*
„Loose stone — remote — apparently perfect.“

סלם עידו ואלו
ובריאו בני חרישו(?) זיר

Haec inscriptio nonaisi ope eius quae sequitur certo legi potest. Quae docet litteram ultimam versus prioris non bene servatam esse, mendose itaque a Greyio Aleph scriptum esse: non dubium est quin Vav fuerit. — Etiam magis vocula בני apud Greyium corrupta, cuius Jod superpositum est litterae Nun, cuius rei causam in eo sitam esse puto, quod istud Jod, a Seetzenio justo suo loco positum, in lapide tangit litteram quintam versus superioris, ad quam pertinere Greyio videbatur, uti in inscriptionis praecedentis versu quarto et alibi saepe haec littera dependet. — Beth et in בריאו et in בני superne ad sinistram vergit, quod alibi rarum est, cf. inscr. 26. — Nomen patris, quod nescio an חרישו sit, ultimam litteram habet Ain apud Greyium, quod simul falsum esse sentimus atque apud Seetzenium conspicimus Vav.

136.

Gebel Mocatteb. — — *Seetzen 22.*
Satis perspicua; in saxo magno quod spatio fere ¾ hor. distat ab eo huius montis loco, quo viatores umbrâ petrarum immimentium recreari et subsistere solent.

Quam iisdem verbis ac praecedentem constare apparet. Ac mihi quidem aliud videtur illius esse apographum: in quo Seetzenius ipsum superaverit Greyium, modo excipias ו in ואלו, nec non ultimam inscriptionis litteram, quae neglecta est.

137.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 27ᵃ:* „Apparently perfect.“

דכיר חלצת וחברכן בני
עבד־אל(הי) בר חלצת

Lapidis superficies a dextra inscriptionis parte vix bene servata est, nam nec vox דכיר — cuius Jod et Resch figurâ minutâ coniuncta sunt — nec litterae עבד — cum Beth falso uti in inscr. 81 vs. 6, nisi forte שׁער legendae sunt — sine difficultate agnoscuntur. — Nomen proprium חברכן vel utcunque legendum sit, vidimus supra in inscr. 53 coll. 75.

138.

Nasby. — ***Prudhoe*** *tab. V. inscr. ult.*

···········
וחלצת בני (····)

Hanc in medium protuli ob figuram voculae בני, de qua hic dubitare non sinit Vav ineunte versu altero positum. Itaque inscriptione exeunte est lacuna: displicet enim בני.

139.

Nasby. — ***Prudhoe*** *tab. V.*

שלם א········ בני ואלו

Etiam hanc non nisi ob figuram voculae בני attuli; fratrum autem nomina non agnosco.

Tab. XVI.

140.

Gebel Mocatteb. — ***Prudhoe*** *tab. I.*

דכיר אל־אושו ועיידו

Haec inscriptio alio quidem loco exstat quam eae quae sequuntur, at eorundem auctorum est, altero quidem versu deleto, ut ex inscriptionibus tribus quas proxime posui, intelliges. — Scapus litterae secundae deorsum ducendus est, ut attingat lineam, in qua reliquae litterae omnes collineatae sunt.

141.

Wâdi Mocatteb. — ***Grey 121:*** „Perfect."

דכיר (א)לאושו ועיי
דו ובריאו בני תרישו

Minime ita interpretari auderem nisi aliae eorundem auctorum inscriptiones exstarent, videlicet inscrr. 142, 143, 144 atque 140, quae mutua luce se illustrant. — Confusus enim est versus prior: ineunte eo cernis duas litteras sensu carentes neque alicubi obvias, medio autem versu lacunam. Quam rem sic explico: Greyium, apographo iam absoluto, eo loco quo lacuna nunc est, aliquid delevisse atque emendatiora margini dextrae adiecisse, postea autem eius rei oblitum esse: Aleph enim in lacuna ponendum esse docent reliquae inscriptiones citatae. — Ceterum in בריאו Grey pro Vav vitiose exhibet Ain, sicuti in inscr. 135.

142.

Ad radices **Montis Horeb.** — ***Prudhoe** tab. III.*

דכיר .....
דכיר אל־אושו ועיידו
ובריאו בנ(י) תרישו זיר

Huius inscriptionis verba et versus sunt iidem atque ambarum quae sequuntur. — Versu primo דכיר legendum esse elucet ex Pocockii apographo. — Versu medio littera tertia et quarta non solum in hac inscriptione sed etiam in ambabus proximis vitiose contractae sunt, ut apparet ex inscr. 140 (conf. etiam inscr. 67.), quae eadem docet litteram quae has praecedit Caph esse. — Jod vocis בני, in hac inscriptione et sequentibus neglectam, ex sola praecedente restituendum est. — Ceterum hanc mendose שריאו exhibere pro בריאו patet.

143.

Gebel Mocatteb. — ***Prudhoe** tab. II.*

Eorundem auctorum est iisdemque constat verbis versibusque atque ea quae praecedit, q. v.

144.

Prope radices **Monasterii Metamorphoseos.** — ***Pococke** 17.*

Culmini montis Sinai ad meridiem situs est lapis, in quo et complures aliae.

Vix alia est inscriptio ac 142, certe iisdem verbis versibusque constat.

145.

Wâdi Mocatteb. — ***Grey** 22:* „Fallen Rock. Perfect.“

שלם הרישו ועבד־א
ל־בעלי בני עבידו(?)
זאר
o Y o

Daleth in עבד־אלהי iusto magis inclinatum. עבידו audacius fortasse conieci, quum scriptura עלידו potius habeat. Figura enim quae confusa vel composita est, facile explicatur Jod angulatum quod attingit Daleth. — Infra Crux furcata, ab utroque latere annulo apposito ornata.

146.

Incerta. — *Rozière 13.*

Eandem inscriptionem hanc esse ac praecedentem non dubito, sed negligenter descriptam esse apparet.

147.

Wâdi Mocatteb. — *Grey 148* : „Perfect."

שלם ואלו ובריאו
בני אל־מבקרו
שלם אל־(מבקרו?) בר
עמיו

Duo illa Vav quae mediu versu primo sunt, in hoc apographo sibi dissimilia, in lapide tamen vix dissimilia, vide apographum Rozieri quod adiunxi. — Jod in בני in lapide non satis clarum vel rectum. — Altera inscriptio adiecta ad ordinem earum pertinet quae singulos habent auctores quas primo loco illustravimus. Nolui eam disiungere et omittere nam si auctoris nomen אל־מבקרו est, patrem fratrum qui priorem scripserunt, eius auctorem esse atque adeo hos quatuor versus non seiungendos esse, vero haud dissimile est.

148.


Incerta. — *Rozière* 9, 10.

אלו ובריאו
שלם ו
בני אל־מבקרו


Hos quidem versus exhibet, quibus tamen nihil aliud inest nisi inscriptionis praecedentis priores duo versus. Rozierum eodem hic ac Contellium correptum deprehendo errore, a sinistra ad dextram legendum esse: ita inscriptionis initium tanquam medium versum exhibuit, quum versui priori continuâ seria describendo charta — sic opinor — non sufficeret.

Tab. I.


SCRIPTURA
Veteris Arabiae Petraeae
ex inscrr. Sinaicis erutae.



Litterae inscriptionum Sinaicarum.




Tab. III.



1. G.97.
9. G.71.b
2. G.45.
10. G.110.
3. G.47.
11. G.44.
4. G.177.
12. G.171.
5. G.115.
13.
6.
14. G.102.
7.
15. G.10.
8.
16. G.112.
17. G.46.


Tab. IV.






24a
25.
24b
26.
27
28.
31.
29.
32.
30
33.



34. L.B.
34b L.B.
ΜΝΗCΘΗ
ΑΥΔΟCΑΛΜΟ
ΒΑΚΚΕΡΟΥ
35. G.32.
36.
37. S.1.
38. G.116.
39.
40. G.176.
41. G.158.
42. G.142.
43. G.6.
44. G.58.
45. G.104.


46.
Pr. II
51.
G. 14
47.
Pr. IV
52.
G. 55
48.
B
49.
G. 43
53.
G. 70
50.
G. 36
54.
Rs. 29
55.
S. 27 a



56
63
57
64
58
65
59
66
60
67
61
68
69
62
70
71



72.
G. 52
77.
G. 99?
73.
G. 134
78.
G. 33
74
G. 165
79
G. 164
75.
G. 174
80
Pr. F
76.
G. 139?
81.
G. 91



82. S.26
83 G.
84. C.140
85 N
86. Pr.B.
87. LB.
88. C.
89. C.72
90. N
91. C.28
92. C.64
93. N.S.



94
101
95
102
96
103
97
104
98
105
99
106
100
107


Tab. XII.




109.
M.4
110.
111.
112.
Pr.1
115.
R.
113.
116.
S.8
114.
G.65
117.
118.
C.59.


119.
G.137
120.
G.141
121.
G.98
122.
G.3
123.
G.72
124.
G.75
125.
C.70a
126.
127.
B.
128.
R.37
129.
G.66


130.
G 136
131.
S 21
132.
C 67
133.
G 49
134.
G 138
135.
G 13
137.
136
S 22
138.
139.
Pr. F.


140.
Pr.I.
141.
G.121.
142.
Pr.III.
143.
Pr.II.
144.
P.17.
145.
G.22.
147.
G.118.
146.
Rx.13.
148.
Rx.9.10.